

August 15

Assumption of the Blessed Virgin Mary

The belief that Our Lady did not remain in the grave but was bodily received into heaven is very ancient, and since the Middle Ages many churches have been dedicated to this mystery. However, only in 1950 did Pope Pius XII define that the bodily Assumption of Our Lady as a binding part of the Catholic Faith. At this occasion new Propers for this day were introduced.

White

1 Cl. (Duplex 1 Cl.)

INTROIT: Rev. 12:1

Signum magnum apparuit in cælo : mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim. Ps. 97:1-2: Cantate Domino canticum novum : quia mirabilia fecit. V. Gloria.

A great sign appeared in heaven : a woman clothed with the sun, and the moon under her feet, and on her head a crown of twelve stars. Ps. 97:1-2: Sing ye to the Lord a new canticle : for he hath done wonderful things. V. Glory.

COLLECT

Omnipotens sempiterne Deus, qui immaculatam Virginem Mariam, Filii tui Genitricem, corpore et anima ad cælestem gloriam assumpsisti : concede, quæsumus, ut ad superna semper intenti, ipsius gloriæ mereamur esse consortes. Per Dominum.

Almighty and eternal God, who hast received the immaculate Virgin Mary, mother of thy Son, with body and soul to the heavenly glory : grant, we beseech thee, that we, being always turned unto heaven, may be worthy to be fellows of her glory. Through our Lord.

LESSON: Judith 13:22-25, 15:10

Lectio libri Judith.

Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Benedicta es tu, filia, a Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram. Benedictus Dominus, qui creavit cælum et terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum : quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter angustias et tribulationem generis tui, sed subvenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri. Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri.

A lesson from the Book of Judith.

The Lord hath blessed thee by his power, because by thee he hath brought our enemies to nought. Blessed art thou, O daughter, by the Lord, the most high God, above all women on the earth. Blessed be the Lord who made heaven and earth, who hath directed thee to the cutting off the head of the prince of our enemies. Because he hath so magnified thy name this day that thy praise shall not depart out of the mouths of men who shall be mindful of the power of the Lord forever, for that thou hast not spared thy life, by reason of the distress and tribulation of thy people, but hast prevented our ruin in the presence of our God. Thou art the glory of Jerusalem, thou art the joy of Israel, thou art the honour of our people.

GRADUAL: Ps. 44:11, 12, 14

Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et concupiscet rex pulchritudinem tuam. V. Tota decora ingreditur filia regis, texturæ aureæ sunt amictus ejus.

Hearken, O daughter, and see, and incline thine ear: and the king shall greatly desire thy beauty. V. All beautiful is the king's daughter as she comes in, robed in cloth of gold.

ALLELUIA

Assumpta est Maria in cælum : gaudet exercitus Angelorum.

Mary hath been received into heaven : the army of Angels rejoiceth.

ad libitum: SEQUENCE

Area virga primæ matris Evæ florens rosa processit Maria.

From the dried rod of the first mother Eve hath come forth a flowering rose, Mary.

Oritur ut lucifer inter astra ætherea, perpulchra ut luna.

She riseth like the morning-stars between the stars on the sky, more-than-fair as the moon.

Fragrascit ultra omnia balsama, pigmenta et thymiamata;

She was smelling like all balsams, spices and incense;

Purpurea ut viola, roscida ut rosa, candens ut lilia.

Purple as a violet, rose-coloured like a rose, shining like a lily.

Patris summi quam elegit Proles deica, ut assumeret carnem sacrosanctam ex Virginis carne incorrupta.

Whom had chosen the divine child of the most high Father, that he would assume his most holy flesh out of the incorrupt flesh of a Virgin.

Celsus nuntiat Gabriel nova gaudia, æterni regis exortum in terra; matremque ejus ita salutat.

High Gabriel announceth the new joys, the birth of the eternal king on earth, and he greateth the mother thus:

(Ter) Ave Maria, Domini mei Mater alma : cælica plena gratia.

(Thrice) *Hail Mary, kind mother of my Lord, full of heavenly grace.*

Tu benedicta regem in sæcula paries; effecta orbis regina.

Thou, blessed one, shalt give birth to him who is king forever, and be made queen of the earth.

Fecunda ego, inquit, quomodo esse queam, cum virum non agnoscam ex quo sum nata, et semper permanens Virgo pudica.

She said, how can I become fertile since I know no man since I have been born, and always remained a chaste Virgin.

Ne timeas, respondit Angelus : Sanctum pneuma descendet in te, casta, quo fecundata paries Deum et hominem una.

Be not afraid, replied the Angel: The Holy Ghost shall descend upon thee, O chaste, and made fertile by him thou shalt give birth to God and man together.

O vere sancta atque amanda, ex qua est orta redemptio nostra : salus quoque mundi veraque vita.

O truly holy and loveable lady, from whom our redemption was born, the salvation of the world and true life.

O Dei nostri Genitrix pia : suscipe nostra hac die precata, in qua es assumpta ad cæli claustra.

O pious Mother of God : receive our prayer on this day, on which thou art received to the gates of heaven.

Tu es enim Patri cara, tu es Jesu Mater bona, tu
Sancti Spiritus es templum facta.

*Thou art dear to the Father, thou art the good
mother of Jesus, thou hast been made a temple of
the Holy Ghost.*

Tu es pulchra Dei sponsa, tu regem Christum
enixa, domina es in cælo et in terra.

*Thou art the fair bride of God, thou gavest birth to
Christ, the King, Thou art lady of heaven and
earth.*

Hodie namque curiæ cælestis tibi obvia agmina
te assumpserunt ad palatia stellata.

*For today the throngs of the heavenly court came
towards thee and received thee into the starry
palaces.*

Jesus et ipse festivus tibi matri cum Angelis oc-
currens, sede paterna secum locavit in
sæcula.

*And Jesus himself came rejoicing with the Angels to
thee, to meet his mother, and placed thee with him
on the Father's seat forever.*

Jam cum Deo regnans, nostra excusa clemens
mala : poscens cuncta bona, O benigna

*Now thou art governing together with God. Forgive
mildly our evil, ask for everything that is good,
O our kind*

Mediatrice nostra, quæ es post Deum spes sola,
tuo Filio nos repræsenta,

*Mediatrice, who art besides God our only hope,
present us to thy Son,*

Ut in poli aula læti jubilemus, Alleluia.

*That we may happily rejoice in the palace of heaven,
Alleluia.*

GOSPEL: *Lk. 1:41-50*

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

*Continuation of the holy Gospel according to
St Luke.*

In illo tempore : Repleta est Spiritu Sancto
Elisabeth, et exclamavit voce magna, et dixit :
Benedicta tu inter mulieres, et benedictus
fructus ventris tui. Et unde hoc mihi ut veniat
mater Domini ad me? Ecce enim ut facta est
vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit
in gaudio infans in utero meo. Et beata, quæ
credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta
sunt tibi a Domino. Et ait Maria : Magnificat
anima mea Dominum : et exsultavit spiritus
meus in Deo salutari meo : quia respexit humi-
litate ancillæ suæ. Ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi
magna, qui potens est : et sanctum nomen ejus,
et misericordia ejus a progenie in progenies
timentibus eum.

*At that time: Elizabeth was filled with the Holy
Ghost. And she cried out with a loud voice and said:
Blessed art thou among women, and blessed is the
fruit of thy womb. And whence is this to me that the
mother of my Lord should come to me? For behold,
as soon as the voice of thy salutation sounded in my
ears, the infant in my womb leaped for joy. And
blessed art thou that hast believed, because those
things shall be accomplished that were spoken to thee
by the Lord. And Mary said: My soul doth magnify
the Lord. And my spirit hath rejoiced in God my
savior. Because he hath regarded the humility of his
handmaid : for behold, from henceforth all genera-
tions shall call me blessed. Because he that is mighty
hath done great things to me, and holy is his name.
And his mercy is from generations to generations, to
them that fear him.*

OFFERTORY: *Gen. 3:15*

Inimicitias ponam inter te et mulierem, et
semen tuum et semen illius.

*I will put enmities between thee and the woman, and
thy seed and her seed.*

SECRET

Ascendat at te, Domine, nostræ devotionis oblatio, et beatissima Virgine Maria in cælum assumpta intercedente, corda nostra, caritatis igne succensa, ad te jugiter adspirent. Per Dominum.

May the offering of our devotion ascend to thee, O Lord, and through the intercession of the most blessed Virgin Mary, who hath been received in heaven, may our hearts, inflamed by the fire of charity, steadfastly yearn for thee. Through our Lord.

PREFACE

Of Our Lady

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus : et te in Assumptione beatæ Mariæ semper Virginis collaudare, benedicere, et prædicare. Quæ et Unigenitum tuum Sancti Spiritus obumbratione concepit : et virginitatis gloria permanente, lumen æternum mundo effudit, Jesum Christum, Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas, deprecamur, supplicii confessione dicentes :

It is truly meet and just, right and salutary, that we should always, and in all places, give thanks to thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God; and on the Assumption of the blessed Mary, ever a Virgin, should praise and bless and proclaim thee. For she conceived thine only-begotten Son by the overshadowing of the Holy Ghost; and, losing not the glory of her virginity, gave to the world the everlasting light, Jesus Christ our Lord. Through whom the Angels praise thy majesty, the Dominions adore, the Powers tremble. The Heavens, and the Virtues of the heavens, and the blessed Seraphim, do celebrate with united joy. In union with whom we beseech thee, that thou wouldst command our voices also to be admitted, with suppliant confession, saying:

COMMUNION: Lk. 2:51

Beatam me dicent omnes generationes : quia fecit mihi magna qui potens est.

All generations shall call me blessed : because he that is mighty hath done great things to me.

POST-COMMUNION

Sumptis, Domine, salutaribus sacramentis, da, quæsumus, ut, meritis et intercessione beatæ Virginis Mariæ in cælum assumptæ, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per Dominum.

Having received, O Lord, the salvific sacrament, we pray that, through the merits and intercession of the blessed Virgin Mary received into heaven, we may by led to the glory of the resurrection. Through our Lord.